Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ulnam suam et dedit ei potum. Cumque
ille bibisset illa adiecit. Quin etiam ca
melis tuis hauriam aquam donec cuncti
bibant. Effundensque ydriam in ca
nalibus recucurrit ad puteum ut hau
riret aquam et haustam omnibus came
lis dedit. Ille autem contemplabatur eam
tacitus scire volens utrum prosperum fe
cisset iter suum dominus an non. Postquam ergo
biberant cameli protulit viro maures
aureas appendentes syclos duos et ar
millas totidem pondo syclorum x. Dixitque
ad eam. Cuius es filia? Indica michi.
Est in domo patris tui locus ad manen
dum? Que respondit filia bathuelis sum
filii melche quem peperit nachor. Et addidit
dicens. Palearum quoque et feni plurimum
est apud nos et locus spacios ad manen
dum. Inclinavit se homo et adoravit
dominum dicens. Benedictus dominus deus domini
mei abraham qui non abstulit misericordiam
et veritatem suam a domino meo et recto
me itinere perduxit ad domum fratris
domini mei. Cucurrit itaque puella in do
mum et nunciavit matri sue omnia
que audierat. Habebat autem rebecca
fratrem nomine laban. Qui festinus egressus
est ad hominem ubi erat fons. Cumque
vidisset maures et armillas in manibus
sororis sue et audisset cuncta verba refe
rentis. Hec locutus est michi homo venit
ad virum qui stabat iuxta camelos
et prope fontem aque. Dixitque ad eum.
Ingredere benedicte domini cur foris stas? Pro
paravi tibi domum et camelis locum
tuis. Introduxit eum in hospicium
ac destravit camelos deditque paleas
et fenum et aquam ad lavandos pedes
camelorum et virorum qui venerant cum eo.
Et appositus est in conspectu eius panis. Qui
ait. Non comedam donec loquar sermo
nes meos. Renderunt ei. Loquere. At ille. Sus
vus inquit abraham sum et dominus bene
dixit domino meo valde magnifica
tusque est et dedit ei oves et boves argentum
et aurum servos et ancillas camelos et a

sinos. Et peperit sara uxor domini mei filium
domino meo in senectute sua deditque illi om
nia que habuerat. Et adiuravit me dominus
meus dicens. Non accipies filio meo
uxorem de filiabus chananeorum in quorum
terra habito sed ad domum patris mei perges
et de cognatione mea accipies uxorem fi
lio meo. Ego vero respondi domino meo. Quid
si noluerit mulier venire mecum? Dominus ait.
in cuius conspectu ambulo mittet angelum
suum tecum et dirigit viam tuam accipi
esque uxorem filio meo de cognatione
mea et de domo patris mei. Innocens eris
a maledictione mea cum veneris ad
propinquos meos et non dederint tibi.
Veni ergo hodie ad fontem et dixi. Domine
deus domini mei abraham si direxisti viam
meam in qua nunc ambulo ecce sto iuxta
fontem aque et virgo que egredietur ad ha
rendam aquam audierit me. Da michi
paululum aque ad bibendum ex ydria
tua. Et dixerit michi. Et tu bibe et camelis
tuis hauriam. Ipsa est mulier quam pre
paravit dominus filio domini mei. Cumque hec
mecum tacitus volverem apparuit re
becca veniens cum ydria quam porta
bat in scapula. Descenditque ad fontem
et hausit aquam. Et aio ad eam. Da mihi
paululum bibere. Que festinans deposuit
ydriam de humero et dixit mihi. Et tu bibe et
camelis tuis potum tribuam. Bibi et
ad aquam camelos. Interrogavique eam
et dixi. Cuius es filia? Que respondit filia
bathuelis sum filii nachor quem peperit
illi melcha. Suspendi itaque in aures ad
ornandum faciem eius et armillas po
sui in manibus eius. Prosequens adoravi
dominum benedicens domino deo domini mei abraham
qui perduxit me recto itinere ut sumerem filiam
fratris domini mei filio eius. Quam obrem
si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo in
dicate mihi. Si autem aliud placet et hoc di
cite mihi ut vadam ad dexteram sive ad si
nistram. Renderunt laban et batuel. A domino
egressus est sermo et non possumus extra pla
citum eius quicquam aliud tecum loqui. En rebec